

## Band V., Nr. 1359, Seite 126-127

*Ritter Konrad von Ruthi verkauft sein Gut in Waenizhofen, das Niedere genannt, an der Schussen um 40 Mark Silber an die Äbtissin Adelheid und den Konvent von Baidt.*

Weingarten (und Ravensburg), 1255. September 19.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Universis presentem paginam inspecturis Cūnradus miles dictus de Ruthi<sup>1</sup> rei geste noticiam. Ut que geruntur nostro in tempore, firmiora permaneant et quacumque noticia propagentur in posteros, literarum solent memoria et voce testium perhennari. Eapropter presentium tenore ad veram universitatis vestre cupio pervenire noticiam, quod ego Cūnradus miles dictus de Ruthi voluntate ac consensu uxoris mee Elysabeht et aliorum heredum meorum predium meum in Wae-nishouen<sup>2</sup>, quod vulgo dicitur daz nidere, situm aput fluvium quod dicitur Scuzin<sup>3</sup> cum nemoribus pascuis pratis et omnibus que sibi attinent contradidi venerabili in Christo Adilhaidi abbatisse et conventui in Bivnde eorumque successoribus universis sub venditionis titulo et emtionis pro quadraginta marcis puri et legalis argenti mediante Hainrico de Clanzintobil cum omni iure ac stabilitate, quo ego possederam, libere et quiete tamquam alia bona sua propria, sicut eis placuerit et expedierit, perpetuo possidendum. Et ut omnem calumpniam et iniuriam, que forte in posterum ab heredibus meis in predicto predio ipsis posset provenire, amoverem, precibus hoc obtinui, quod vir providus et discretus Bertoldus miles dictus Manstoch et Adilhaidis uxor sua, de quibus memoratum predium sub dotis nomine in copula matrimonii filie sue Elysabeht, uxoris mee, receperam et possederam iuste ac racionabiliter, nec non et Iacobus et Bertoldus filii eorum et Willibirgis filia, quos tunc in tempore solum liberos habebant nec ego aliquos alios heredes preter ipsos, omni iuri, quod habere se crederent in eodem aliquo forte casu conti[n]gente,

<sup>1</sup>Rüti oder Haslachburg, eine abgegangene Burg oberhalb von Altdorf (vgl. Beschreibung des Oberamts Ravensburg. Mit einer Karte des Oberamts, einer Ansicht von Ravensburg und vier Tabellen, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Johann Daniel Georg von Memminger, Stuttgart u.a. 1836 (Beschreibungen des Kö, S. 158) oder Reute bei Fronhofen oder auch Reute, Bad Waldsee.

<sup>2</sup>Auf dem Rücken der Urkunde ist von einer Hand des 16. Jahrhunderts bemerkt, dass der Name des Orts jetzt „Kern“, also das heutige Kernen, sei, das auch bis zur Aufhebung des Klosters zu Baidt gehörte. In den Urkundenverzeichnissen desselben ist die Urkunde übereinstimmend damit unter „Kernhof“ eingetragen.

<sup>3</sup>Die Schussen.

## II

una mecum renunciaverunt et sepedicte domine A. abbatisse et conventui quiete et integraliter possidendum contulerunt.

Acta sunt hec primitus in Winegarten, postea in Rauenspurch consummabantur anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>., XIII<sup>o</sup>. kalendas Octobris. Ut autem ista robur obtineant firmitatis, presentem literam sigillis venerabilium virorum domini Cūnradi abbatis de Winegarten et domini Hermannii prepositi de Augia minore et domini Hainrici pincerne de Smalnegge, nec non et domini Hainrici camerarii de Bigenburch studuimus roborare et sepedictis dominabus in Bivnde assignavimus reservandam. Testes etiam, qui hec viderunt et audierunt, sunt hii: dominus Cūnradius abbas de Winegarten et dominus Hainricus monachus suus dictus de Tobil<sup>4</sup>, frater Otto cellerarius Augie minoris, dominus Livtoldus plebanus dominarum, dominus Hainricus pincerna de Smalnegge, Hainricus miles de Oberhouen, Cūnradius miles de Hasenwilær et Cūnradius filius suus et Ortolfus frater eius, Cūnradius dictus Genvs, V̇lricus miles de Wilar, Bertoldus miles dictus Selpherre, Hainricus miles de Meimbolswilar<sup>5</sup>, Hainricus miles dictus Stammelar, Bertoldus miles etiam dictus Stammelar, Hainricus dictus Cocus, V̇lricus Monetarius, V̇lricus dictus Mōrli aliique quam plures.

---

Der Textabdruck folgt dem Original.

An weißen Leinenlitzten vier Siegel: 1) Das runde Siegel des Abts Konrad von Winegarten, 60 mm (III. A. 2 b): Der Abt auf einem, wie es scheint, mit Greifenköpfen verzierten Stuhl sitzend, in der Rechten den Abtsstab, in der Linken ein Buch vor die Brust haltend; Umschrift: + ABBAS . S(an)C(t)ORum . MARTINI . ET . OSWALDI . PATRONORum . IN . WINIGARTIN (die OR verbunden). 2) Das spitzovale Siegel des Propsts Hermann von Weißenau, 42,26 mm (III. A. 2 a): Der stehende Propst, mit beiden Händen ein Buch vor die Brust haltend; Umschrift: + SIGILLum : PrePOSITI : AVGENsis. 3) Das runde Siegel des Schenken Heinrich von Schmalegg, 50 mm (IV. C.): In rechts geneigtem Schild ein N-förmiger Doppelhaken; auf dem linken Obereck ein Topfhelm mit einem mit vier Pfauenfedern besteckten Büffelhorn; Legende (als Aufschrift quer herüber:) SIGILLVM (als Umschrift:) HAINRICI . PINCERNE . DE . SMALINECE. 4) Das schildförmige Siegel des Kämmerers Heinrich von Biegenburg, 45,30 mm (IV. A. 1): Schwebend ein schreitender Leopard, Umschrift: + Sigillum . H . CAMERARII . DE . BIENBVRC.

---

<sup>4</sup>Kleintobel.

<sup>5</sup>Vielleicht Metzisweiler, Bad Wurzach, oder auch Metzisweiler, Ravensburg (vgl. Urkunde Nr. 614, WUB, Bd. III., S. 77-81, Urkunde Nr. 1224, WUB, Bd. IV., S. 293, und Urkunde Nr. 1225, WUB, Bd. IV., S. 294).

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 369 U 128

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Weingarten (und Ravensburg)

**Aussteller:**

Konrad; von Ruthi, Ritter

**Ortsindex:**

Baindt Wohnplatz (19193)

Baindt, RV

Blitzenreute : Fronreute RV

Blitzenreute Wohnplatz (20992)

Hasenweiler : Horgenzell RV

Hasenweiler Wohnplatz (20938)

Haslachburg Wüstung (24132)

Haslachburg, Weingarten, RV, W

Kernen Wohnplatz (19235)

Kernen, Berg, RV

Kleintobel Wohnplatz (19237)

Kleintobel, Berg, RV

Klitzistobel Wohnplatz (20944)

Klitzistobel, Horgenzell, RV

Metzisweiler Wohnplatz (19026)

Metzisweiler Wohnplatz (20096)  
Metzisweiler, Bad Wurzach, RV  
Metzisweiler, Ravensburg, RV  
Oberhofen Wohnplatz (20109)  
Oberhofen, Ravensburg, RV  
Ravensburg Wohnplatz (20120)  
Ravensburg, RV  
Reute Wohnplatz (18875)  
Reute, Bad Waldsee, RV  
Reutestraße : Fronhofen, Fronreute RV  
Reutestraße Wohnplatz (21015)  
Schmalegg : Ravensburg RV  
Schmalegg Wohnplatz (20127)  
Weiler Wohnplatz (19261)  
Weiler, Berg, RV  
Weingarten Wohnplatz (20565)  
Weingarten, RV  
Weißenu Wohnplatz (20163)  
Weißenu, Ravensburg, RV